

[...]
nis est. Nolite mirari hoc: quia u[enit]
hora in qua omnes qui in monum[entis sunt]
audient uocem eius et procedent qui bona fe-
cerunt in resurrectionem uite. qui ue-
ro mala egerunt in resurrectionem
iudicii. Secundum Iohannem
In illo tempore: Dixit dominus ihesus turbis iudeorum.
Omne quod dat mihi pater ad me ueniet
et: et eum qui uenit ad me non eiciam
foras. quia descendi de celo non ut
faciam uoluntatem meam sed uoluntatem
eius qui misit me. Hec est autem uolun-
tas eius qui misit me patris: ut omne
quod dedit mihi non perdam ex eo. sed resus-
citem illud in nouissimo die. Hec

[...]nim uoluntas patris mei qui
[misi]t me: ut omnis qui uidet filium
[et cre]dit in eum habeat uitam eternam.
Et resuscitabo ego eum in nouissimo
In illo tempore: Dixit Secundum Iohannem die.
martha ad ihesum. Domine: si fuisses
hic: frater meus non fuisset mortuus. Sed et
nunc scio: quia quecumque poposceris
a deo dabit tibi deus. Dicit illi ihesus. Re-
surget frater tuus. Dicit ei martha. Scio
quia resurget in resurrectione: in
nouissimo die. Dixit ei ihesus. Ego sum
resurrectio et uita. Qui credit in me:
etiam si mortuus fuerit uiuet. Et
omnis qui uiuit et credit in me: non
morietur in eternum. Credis hoc? Ait

2595
Hain *9632